

perfruámur ætérnis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

good things with which, through Thy grace, we are now comforted. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

MASS PROPER: JULY 12, ST. JOHN GUALBERT, ABBOT

MASS Os justi meditábitur (white)

INTROIT Ps 36: 30-31

Os justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium: lex Dei ejus in corde ipsíus. (Ps 36:1) Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Os justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium: lex Dei ejus in corde ipsíus.

The mouth of the just shall meditate wisdom and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart. (Ps. 36. 1). Be not emulous of evildoers: nor envy them that work iniquity. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The mouth of the just shall meditate wisdom and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart.

COLLECT

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Joánnis Abbatis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May the intercession of blessed John the Abbot commend us unto Thee, we beseech Thee, O Lord: so that what we cannot acquire by any merits of ours, we may obtain by his patronage. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

(For Sts. Nabor & Felix)

Præsta, quæsumus, Dómine: ut, sicut nos sanctórum Martyrum tuórum Nabóris et Felícis natalítia celebránda non desérunt; ita júgiter suffrágiis comitántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Grant, we beseech Thee, O Lord, that as we never fail to keep the heavenly birthday of Thy Martyrs Nabor and Felix, so we may ever be assisted by their intercession. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

LESSON Ecclus 45: 1-6

Diléctus Deo et homínibus, cujus memória in benedictióne est. Símilem illum fecit in glória sanctórum, et magnificávit eum in timóre inimicórum, et in verbis suis monstra placávit. Glorificávit illum in conspéctu regum, et jussit illi coram pópulo suo, et

Beloved of God, and men: whose memory is in benediction. He made him like the saints in glory, and magnified him in the fear of his enemies, and with his words he made prodigies to cease. He glorified him in the sight of kings, and gave him

osténdit illi glóriam suam. In fide et lenitáte ipsius sanctum fecit illum, et elégit eum; ex omni carne. Audívit enim eum et vocem ipsius, et indúxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcépta, et legem vitæ et disciplínæ.

GRADUAL Ps 20: 4-5

Dómine, prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósó. V. Vitam pétiit a te, et tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum sæculi.

LESSER ALLELUIA Ps 91: 13

Allelúja, allelúja. Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Allelúja.

GOSPEL Matt 5: 43-48

In illo témpore: Dixit Jesus discíplulis suis: Audístis, quia dictum est: Diliges próximum tuum, et ódio habébis inimícum tuum. Ego autem dico vobis: Dilígite inimícos vestros, benefácite his, qui odérunt vos, et oráte pro persecuéntibus et calumniántibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in coelis est: qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injústos. Si enim dilígitis eos, qui vos dilígunt, quam mercédem habébitis? nonne et publicáni hoc fáciunt? Et si salutavéritis fratres vestros tantum, quid ámplius táctis? nonne et éthnici hoc fáciunt? Estóte ergo vos perfécti, sicut et Pater vester cæléstis perféctus est.

OFFERTORY Ps 20: 3-4.

Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei, Dómine, et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósó.

commandments in the sight of his people, and shewed him His glory. He sanctified him in his faith, and meekness, and chose him out of all flesh. For he heard Him, and His voice, and brought him into a cloud. And He gave him commandments before His face, and a law of life and instruction.

Lord, Thou hast prevented him with blessings of sweetness: Thou hast set on his head a crown of precious stones. V.: He asked life of Thee, and Thou hast given him length of days for ever and ever.

Alleluia, alleluia. V. (Ps. 91. 13). The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus. Alleluia.

At that time Jesus said to his disciples: You have heard that it hath been said, Thou shalt love thy neighbor, and hate thy enemy. But I say to you, Love your enemies: do good to them that hate you: and pray for them that persecute and calumniate you: That you may be the children of your Father who is in heaven, who maketh his sun to rise upon the good, and bad, and raineth upon the just and the unjust. For if you love them that love you, what reward shall you have? do not even the publicans this? And if you salute your brethren only, what do you more? do not also the heathens this? Be you therefore perfect, as also your heavenly Father is perfect.

Thou hast given him his heart's desire, O Lord, and hast not withholden from him the will of his lips: Thou hast set on his head a crown of precious

SECRET

Sacris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus Joánnes Abbas, quæsumus, in salútem nobis proveníre depóscat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(For Sts. Nabor & Felix)

Múnera plebis tuæ, quæsumus, Dómine, sanctórum Mátyrum tuórum Nabóris et Felícis fiant grata suffrágiis: et, quorum triúmphis tuo nómini offeruntur, ipsorum digna perficiantur et méritis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 12: 42

Fidélis servus et prudens, quem constitúit dóminus super famíliam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.

POSTCOMMUNION

Prótegat nos, Dómine, cum tui perceptióne sacraménti beátus Joánnes Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiónis ejus experiámur insígnia, et intercessiónis percipiámus suffrágia. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(For Sts. Nabor & Felix)

Natalítiis Sanctórum tuórum, quaesumus, Dómine: ut, sacraménti múnere vegetáti, bonis, quibus per tuam grátiam nunc fovémur,

stones.

May the holy Abbot John, we beseech Thee, O Lord, obtain by his prayers, that the Sacrifice laid on Thy holy altar, may profit us unto salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the gifts of Thy people, we beseech Thee, O Lord, be made pleasing to Thee through the prayers of Thy holy Martyrs Nabor an Felix, and as they are being offered to Thy name in celebration of their triumph, may they be rendered worthy through their merits. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family, to give them their measure of wheat in due season.

May the pleading of blessed John, the Abbot, for us, as well as the reception of Thy Sacraments, protect us, O Lord, that we may both share in the glory of his works, and receive the help of his intercession. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

On the natal feast of Thy Saints, we beseech Thee, O Lord, that, being strengthened by the gift of the sacrament, we may enjoy forever the